Donatario suo, vel eius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit, ad soluendum succumbendus. praequibus quidem Damnis Terribus simpliciter taxandis, modo praemisso ad soluendum succumbit, aeque aliqua puncto, ex praemissis non completa complendis, citatus exinde mutatque Reoquis Nobilis Michael Baczynski Leskowicz sive eius Successores, ad instantiam praefati Nobilis Hrehory Baczynski Leskowicz Donatarij et Fratris sui germani, vel eius posteros ad officium praesens Castrense Capitanale Premisliense, ex tunc recessu Iudicio quo ad rendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, rendere, Damna praefata Terrena simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes sub eius termino semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Exercitus, vel alijs quibusvis dilationibus et legationibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Vltra praeximos officij praefati Castrensis Capitanalis Premisliensis Terminos, dilationes sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus et alijs iuris praeteritis Terrae, bello, fomentoque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo nec modo alio quovis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski alteri Obligat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus]
Premisliensibus Nobilis Paulus Baczynski Leskowicz Sanus mente
et corpore existens, à Terris, Ditibus, Juribus, Jurisdictionibus[que] suis qui-
buscunque proprijs et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali
Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Succes-
136 soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incor-
porando atque Subijciendo, palam, libere, publice, ac perexpressum
recognovit. Quia ipse Bona Sua propria et haereditaria infrascripta
nempe Sulcos duos, ieden pod gurą Adriegina Bloniu
in longum na Stacanie iedne in bonis Villae Baczyna Terra
et Districtu praesentibus Premisliensibus iacentibus et consistentibus. Cum omni praemissorum
bonorum Iure, dominio, proprietate, tituloque obligatorio, cumque omnibus
et Singulis bonorum eorundem Vtilitatibus, fructibus, proventibus, red-
ditibus, emolumentis, commodis, obuentionibus, attinentijsque et
pertinentijs generaliter Vniversis. Nihil ex praemissis Juris, dominij,
proprietatis, ac cuiuslibet competentiae et praerogativae prose Re-
cognoscente, suisque Successoribus, aut quopiam alio retinendo seu
excipiendo, Verum ita late, longe circumferentialiterque prout
eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsaque
concernebant, ac eidem legitime Seruiebant; Iam ex nunc et de facto
Nobili Gregorio Baczynski Leskowicz Fratri suo Recognoscentis
Patrueli, eiusque Successoribus, in Summa Quindecem florenorum polonica-
rum per se Recognoscentem realiter leuata et percepta, de qua
praesentibus quietatur, hinc et ab actis praesentibus ad festum Conuersionis
Sancti Pauli Apostoli post Annum proxime Venturum incidens,
et in defectu tunc bonorum eorundem Exemptionis Summaeque inscriptae
Quindecem florenorum polonicarum totalis et integrae realis persolutionis
extunc de Anno ad Annum Simili die et festo Conuersionis
Sancti Pauli Apostoli sese determinantibus Annis et festis

sese continue et immediate sequens Usq ad Exemptionem bonorum
eorumq Summaeq praefatae totalis et integrae realemq ac effectivam
persolutionem obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout obligat, in
scribit, et invadiat praesens. In quae quidem Bona supra, praemissaq
omnia praesens per Recognoscentem obligata et invadiata, iam ex nunc
et de facto is idem Recognoscens Nobilis Paulus Baczynski Leszko-
wicz praefato Nobili Stephano Baczynski Leszkowicz obligatario
suo ipsiusq posteris coram Officio praesenti dat et admittit realem in
tromissionem, et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem
quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq Voluerit
Officiose acceptans per ipsum obligatarium suum ipsiusq posteris hicce
bona praemissaq omnia praesens invadiata cum Universis eorum Utilitatibus
et obventionibus, attinentiis et pertinentiis quibusvis tenendum habendum
et possidendum, ipsisq quiete et pacifice Utifruendum ac ad usus suos
suorumq Successorum quovis beneplacitos libere et effectua-
liter convertendi modo ac Jure obligatorio. Debebitque et
tenebitur praefatus Recognoscens prout se, ac suos Successores in et
super bonis suis quibusvis omnibus Summisq pecuniarum quibusvis ha-
bitis et habendis, eidem supra obligatario suo inscribit et obligat praefatum
ipsum et eius Successores in dictis bonis praemissisq omnibus praesens
per se Recognoscentem invadiatis, et ratione eorum omnium ab omni
et qualibet impetitione iuridica quarumcunq personarum cuius-
cunq conditionis, Status et Sexus existentium exortum exori-
unda, in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus
fuerit tenetur defendere, eximere, intercedere et liberare, in
demnemq cum posteris reddere, necnon hicce bona praemissaq
omnia praesens per se Recognoscentem obligata et invadiata ab omnibus
in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super
praemissa omnia uendito quovis cuicunq personarum factis et faciendis

tum etiam a quibusuis Citationibus in eaque bona supra, modo quovis importatis et importandis, Luendis denique et peluendis processibus Juris quibusuis in quovis puncto et gradu Juris pendendis, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praedicto obligatis peluendis et peluendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praedicto admissam in fundo bonorum praedictorum inuadiatorum, dum per Nobilem et Nobiles duos officio si requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eandem possessionem et usumfructum praemissorum bonorum praedictorum inuadiatorum quovis modo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumque obligatarium suumque, et illius posteros in praemissis omnibus praedicto obligatis nullo modo inuriari, ita ut haec eadem bona praemissaque omnia praedicto inuadiata idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praedicto Inscriptionis obligatoriae vigore tenere, habere, et possidere queat, ubique ut in fine posita usque ad Exemptionem bonorum eorundem summaque memoratam totius et integrae realem ac effectiuam persolutionem idque sub vadio similis summae Quindecim florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem, siue eius posteros, supra obligatorio suo ipsoque succumbens ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Quo quidem vadio, modo praemisso ad soluendum succumbito ac prea aliqua principali ex praemissis non completa complendis Citabitur expresse memoratusque Recognoscens Nobilis Paulus Baczynski Leskowicz, siue eius posteri, ad instantiam praefati Nobilis

Hrehory Baczynski Lesbowicz obligatorij sui, deleçus posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliensis extunc recessu stricto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere, Vadium praefatum luere, Infirmitati satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eaque omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causa eius Terminos semper peremptorios. Vera Infirmitate praemacion, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem proterea Ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Actiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praeteris Simplicibus vel triplicatis Exceptionibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris, praerogatione Termini, bello, Conventione ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendis nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesens personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dubrawscy Sczawinskiey Condescendunt 136

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Andreas et Franciscus Dubrawscy a Dubrawka, Magnifici olim Francisci a eadem Dubrawka Dubrawski Succamerarij Terrae Premysliensis